

infixo habet lituo, ob os hæc leguntur. CAESAR
IMP.

In altera.

Minerva conspicua est galeata, ac hastata, dex-
tro calle ingreadiens, sinistro cubito clypeo ovato
sphaera imposito, immitens, dextra Victoriâ
præmiatricem, ut quæ lauream præbeat, por-
rigens. cum ascriptione. M. METIVS. Antea
deam tale est signum. 8. Ex argento est
iste nummus apud P. Aloysium Manli-
um Romanum.

In una parte.

4. Julius Cæs. depictus est laureatus, obtutu læuo,
aperto collo, cum literarum ascriptione:
CAESAR IMP.

In altera.

Minerva tunicam breviorē induta, inclinato
ore, conuersa stat, una Victoriâ præmia-
tricem porrigens, altera hastam tenens trans-
uerfam, circa eius genua litera asparit. A.
In alio. B. In tertio. 1. Circa humerum læ-
uam. M. METIVS. cubito læuo in scutum
immititur, globo fasciato insistenti. Nummos
hos argenteos meminisse me uidere apud D.
Antonium Augustinum, & D. Achillem
Maphicum Romæ.

In una parte.

5 Julius Cæs. effigiat, laurea coronatus, læuo
obtutu, aperto collo, cum nominis epigraphæ:
CAESAR